



Hvnimundus Germaniæ regulus ob gloriæ cupiditatē aliquoties Danubij limites cum suis transgressus, Romanorum subditos ingenti clade affecit. Nam milites Riparij ob stipendij penuriam paulatim diffuebant. Cum itaque messis instaret & Bathaueses per agros feraces demetendo frumento occupati essent, atq; nihilominus portas urbis custodiret, Hunimundus rex per insidias portas occupauit, custodes interfecit, & urbe potitus fuit. Itaq; magna ibi cedes edita. Ibi urbs diripiatur, ac in solitudinem redigitur. incolæ uero qui superfuerant, in Germaniam trans Danubium abducuntur, Anno Christi 477. Alij uero qui fuga elapsi fuerunt, sese Laureacum receperunt. Eos S. Seuerinus consolatus, omnē spem in solius Dei clementia haberi ostendit. Hoc modo Hunimundus finitimis gentibus magno terrori fuit, atq; suam ditionem plurimum ampliavit. Auent. libro 2.